

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**M. Hartwici Bambami[i], Ecclesiast. Petro-Paulini,  
Apparatus Enthymematico-Exegeticus**

Observationes In Novum Foedus, Exquisitiores Comprehendens

**Bambamius, Hartwig**

**Hamburgi, MDCCXXVII.**

**VD18 90548728**

Vorwort

**urn:nbn:de:gbv:45:1-14064**



## Lector Edecumate!

**A**lteram nunc , DEO sit gloria! Apparatus mei sacri Partem ad finem perducens , totique operi colophonem imponens , de paucis Te in ipso limine monendum duxi. Plurima SECTIONE I. reperies philologica , ad sacrum N. T. stylum in primis spectantia , quæ deberi pleraque industriae STOLBERGIANÆ , atque ex Prælectionibus Exegeticis MSS. desumpta scito : quo ipso gratam me tibi operam navasse , nullus dubito. Hic enim , Doctor apud Wittebergenses quondam famigeratissimus , prouti in literarum Græcarum scientia ita erat subactus , palmarum ut relinqueret nemini ; sic in eo laudem meretur maximam , quod insignem suam , qua polluit , eruditionem Græcam libris Novi Fœderis dextre interpretandis,

dis, atque a styli impuritate vindicandis, gnaviter impendit. Pluris enim æstimandum omnino est, si vel unum dictum S. Scripturæ, difficultatibus aliquibus obstructum, explicueris, quam si mille profanorum scriptorum loca depravata correxeris. Quod responsum πολυμαθεσάτω IS. CASAVBONO Patrem ejus dedisse, refert ABR. SCVLTETVS c. l. Observ. in pr. Ep. ad Timoth.

Quod ad ACTVS APOSTOLICOS attinet, cum partim ad Libros Historicos, de quibus Parte Prima, partim ad stylum LVCÆ, quo de P. II. Sect. III. referendi fint, singulares hic Observationes addere, haud fuit necessarium. Ne tamen plane essem ἀσύμβολος, ex B. DORSCHEI Comment. MS. nonnulla adspergere, consultum duxi. Est hic Commentarius hactenus ἀνένδοτος, eadem methodo, qua in IV. Evang. conscriptus, idemque luce dignissimus, qui cum in ædibus quondam NEVMANNIANIS in potestate mea fuerit, ea, quæ arridebant præ cæteris, in usus meos derivavi, cum integrum describere, nimis mihi operosum fuisset.

Desiderabis forte INDICEM, L. B.  
Sed,



Sed, eum ut conficerem, instantes Nundinæ haud permiserunt. Quid? quod integer Apparatus sit Indicis instar, &, quæ ad voces, phrases atque loca Scripturæ illustrata aut vindicata, spectant, privata cujusque opera facile notari possunt. Vides & προσφάνησιν votivam hic præfixam, quæ cum ex animo sincero profluxerit, Autoris Plur. Reverendi voto eo magis gratificari, eamque adversus malevolorum insultus adjicere volui.

Itaque nihil restat amplius, L. B. quam ut æquum tuum mihi expetam judicium, ut omnia pro candore tuo in meliorem partem interpretari velis: Quo cum ARISTARCHVS ille LIPSIENSIS nimium quantum destitutus, atque Partem I. Apparatus mei sine causa vellicare ausus fuerit, fœtui meo haud deesse, &, cum stylo German. stricturas suas conceperit, Teutonicam vicissim earundem refutationem κατὰ πόδα adornare, atque hic inserere volui. Det DEVS ipsi meliorem mentem, cuius Te gratiæ perennanti animitus commendando. Hamburgi, d. 18. April. Anno M DCC XXVII.

◊ ◊ ◊ ◊ ◊

**B**iblia quisquis amas exponere Sancta  
Jehovæ,

Hæcce tuâ volvas lemmata docta manu,  
Judicii, Sophies, pietatis, plena laboris  
Conspicies, monstrant dicta polita vi-  
rum.

Hammopolis gaudet de tam felicibus  
ausis,

Edat & ut posthac talia scripta, vovet;  
Plaudunt cordati, quotquot numerantur,  
amici;

Tota licet latret Quackeriana cohors.  
Jonathan ille meus quondam, MVLLE-  
RVS, obibat,

**BAMBAMIVS** supplet mente manuque  
locum.

Gratulor ex animo, capesis præfigia  
mentis:

**BAMBAMIVS** doctis GLASSIVS,  
(FINCKIVS, MOEBIVS) alter erit.

Paucis hisce plur. Reverendo atque doctissimo  
Domino AVTORI, Amico suo colendo, ani-  
mitus applaudere voluit debuitque,

**EBERHARD AHRNDS**, Hamburg.

Ecclesiast. Grumtoftensis sub Inspectione Flens-  
burgensi.

21bge



man  
digen  
Mit  
nas in  
cirum  
, und  
Heilige  
Jil  
s auch  
Actor  
ht bei  
: Ga  
Kunst,  
sehens  
de der  
solches  
nerhin  
ey dem  
ich pi  
rigkei  
, das  
. Und  
n me  
s lauf  
fficul  
cal. S.  
Genitivi gehandelt; aber etwas unzulänglich; da Glassius und Clericus dieses viel weitläufiger abgehandelt. Gerade, als ob es mein proposito wäre, daß ich alles, was düssals zu observiren, hätte mitnehmen wollen, da ich nur das vornehmste de Constructione Genitivi und wovon eines und das andere besonders angemerket, einrücken, nicht aber Glassium, der in aller Händen ist, ausschreiben wollen. Wunder, daß er nicht abermahls, wie vorhin, schreibt: Man sehe wohl aus der Abhandlung, daß ich Glassium nicht gelesen hätte. Gewißlich, wäre es meine Intention gewesen, alles mit anzubringen, so hätte cap. I. vielmehr Regulas Exeget. gener. und cap. II. vielmehr Observationes Philologicas setzen müssen. Sed nolo de charta in papyrus.

---

## Das 2. Capitel.

Von den  
Enthymem. Mosaicis.

### §. I.

**G**ey den Enthym. Mos. hat Tadelgern auch eines und das andere zu censiren. Da denn zum Vorauß erinnere, daß die Herren Autores der unschuldigen Nachrichten, in der Sammlung von Anno 1723, pag. 562. dieses Scriptum bereits

b

bereits

